

regnum dei etc. Per hoc quod dicitur primo. dat intelligere quod primo et principaliter spiritualia et postea temporalia sunt querenda. Sed istum ordinem puer fuit auarus. Contra quod dicit Augustinus in libro primo in omel. Usque a deo ciuitas mentis hominem occupauit ut omnia se velit habere preter seipsum. Vnde laicus habere bonam. vixit bonam. dominum bonum. Quibus curam per singula non vis caligat malam. Nunquid nocet tibi plus caliga mala quam vita? Cum ergo caliga strida nocet. se des difficultas te. a abicis aut corrigis aut mutas. muta ergo vitam tuam re perdas animam deinde subdit. Plane video quod tu falleris. Caliga nocet. dolore facit. vita nocet voluptatem inducit. Istud nocet illi libet. Sed quod ad tempus libet. postea peius dolet. Qui ad tempus salubriter dolet. postea infinita voluptate et abundantia letificat. sic illud quod seminat in lacrimis in exultatione metet. per hoc autem quod dominus subdit. Et hec omnia adicient vobis dat intelligere quod temporalia debemus intelligere sic bonum accidentalia. Accidentes est quod potest adesse vel abesse preter subiecti corrupti. Serui ergo dei diligunt temporalia sic accidentalia. quod si assint non corrupti vita eorum per superbiam. Si desint non corrupti per impatientiam. Talis erat qui dicebat. Phil. iiii. Scio humiliari: scio et abundare. Vbi quod et in omnibus institutus sum saturari. esurire. et abundare et penuriam pati. Auari autem diligunt diuitias. et temporalia tamquam

substantiam. quod si assint corruptuntur per superbiam. Vnde dicit Augustinus quod radix diuitiarum superbia. Si desint franguntur per impatientiam. Eccle. v. Diuitie obseruate in malum domini sui pereunt in afflictione pessima

Sermo tercius eiusdem.

Scit enim pater vester quod omnibus hijs indigetis. Magna nobis deus non debet esse fiducia: quod in ipso est magna temulentia. Iohannes dicit. Non enim omnium futurorum prescientia. Iohannes dicit. scit enim. Et quod in nobis est magna indigentia. propter hoc dicit. quod omnibus hijs indigetis. Circa primum notandum quod magna dei temulentia in hoc exprimitur quod pater noster vocat. Deum te. xxi. Nonne ipse est pater tuus qui poscedit et fecit et creauit te. Ipse nos fecit quantum ad corpus. creauit quantum ad animam et possidere nos debet quantum ad res. Sed a domino corpis expellit eum luxuriosus: a domino anime superbi. a domino reus auari. Istia sunt que secundum dicitur salomonis hominem a domo expellit. fumus. mala vixit. et stillicidium. Istia etiam spiritualiter intellecta deum ab homine expellunt. scilicet fumus superbie que in altum ascendit sed cito euanescit. Mala vixit id est carnalis concupiscentia. Stillicidium auaritie que hominem sollicitudinebus multis inquietat. Circa secundum notandum. scilicet dei prescientia quod quodammodo a iohanne. duo maxime